Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in viros alteros iam mutati. Spretis
cunctis sporticiis viciorum ad peniten-
cie tramitem rediere. Deinde ad heremorum
antra devia et ignota properantes in
magnis se corporum asperitatibus et vite
sanctissima tradiderunt
Miraculum aliud quod veridicorum
testimonio solidissime in superioribus
Egipti partibus peractum intellexi
quatinus hominibus et maxime iuvenibus quam
timendumque castis proveniat. In exemplum
ad evitandum periculum mulierum precedenti
miraculo addere cogito fore ratum.
Monachus quidam iuvenis et decorus
honestate preclarus morum maturus. Cuius
senex virginalis pudicicie custos cunc-
tisque illius monasterii monachis speculum
sanctitatis. gloriosissimi hieronymi
amator devotissimus fuit. xii. degens
annis in monasterio continue orationibus
vacans et studio scripturarum. Hic amore
castitatis timens ne eam aliqualiter vi-
olaret mulierum visus ineffabiliter
abhorrebat ita ut eius memoriam formi-
daret. Huic proposito diabolus antiquus
serpens et hominum inimicus invidens. sue
nequicie inveterate contra eum dolos et
artes multiplices incitavit continue